



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

¶ nota, & tene menti. Corn. consi. 138. ubi d. uol. i.

R E G U L A C L X X X V I .

- 1 Signa seu sigillum apposita, seu appositum ballis matorum indicant & arguunt dominium & eorum probantur, quorum sunt signacula. Ita Bal. in rubrica. C. peric. & commod. rei uendit. col. 1. Iaf. in l. quotiens. in l. limit. C. de rei uendica. Idem Bal. in auct. dos data. C. de donat. Ant. nupt. Bar. in l. eum qui. §. fin. ff. de fur. hoc Idem in arboribus incisis, quæ illorum præsumuntur, quorum sunt signa. l. quod si neque. ff. de per. & commod. rei uendit. Roma. sing. 643. nu. 4. Corn. consi. 227. ibi b. & c. uol. i.
- 2 Fallit in uegetibus uini emptis, & bullatis, seu signatis ut l. i. §. si dolium. ff. de per. & commod. rei uend. quia per simplicem signaturam non transfertur dominium. secundum Bal. in d. rubrica. C. de per. & commod. rei uend. col. i. Ratio quia in hoc requiritur actus medius ipsarum uentium, secundum Bal. qui est degustatio, & consignatio ut supra uenditi, quod not.
- 3 Fallit etiam quando concurrunt duo signa uniuersalia, dic quod dispositio uniuersalis & generalis non patitur interpretationem restrictiuam propter latiore uoluntatem testatoris, ut puta si per testatorem factum est legatum sub nomine & signo uniuersali omnium rerum que quoquomodo sunt in domo, ueniunt etiam uenales. ut l. prædiculis. §. labeo. ff. de aur. & arg. legat. & l. Iulianus. ff. de l. iij. & hoc propter dictionem omnium, & quoquomodo sunt in domo. Ita Affl. deci. 106. nu. 6. quod not.
- 3 Fallit in instrumentis authoribus ubi signum est de solemnitate instrumenti, & requiritur ad essentiam & ualiditatem instrumenti. ut signum apponatur. not. aliter non ualet & suspectus redditur specu. in tit. de instru. edict. breuiter uersi. in fine autem Cyn. in l. contractus in fine. C. de fide instru. glo. in uersi. signum institu. de pub. iudic. §. Item l. Cor. de falsis. l. eos. ad fin. ff. de fals. & late Cor. consi. 70. A. Corn. consi. 94. uol. 4. nu. . & Ancha. consi. 431. p. 2.

437. præmissa, in principio quod nor.

- 4 Fallit etiam quando esset consuetudo notariorum contraria aliter & alio modo disponens. secundum Zabar. conf. 133. in tertio dubio. Felin. in c. cum dilectus. §. i. de fide instru. Old. conf. 105. Alex. conf. 84. uol. 5. domi. de S. Gemi. conf. 137. col. ult. Boe. late in suis deci. q. 37. n. 10.

REGVLA CLXXXVII.

- 1 Semen mulieris an requiratur ad generationem pro-
lis, tu tene quod sic, quia ad generandum semen tam ma-
tris, quam uiri requiritur, secundum philosoph. in l. ij. de
generatione animalium cum alter sine altero non suffi-
ciat, necessario dicendum est quod pariter operentur. Ita
quod ad generationem prolis necessario requiritur, se-
men utriusque concurrere. Ita Auicenna in suo opere,
in uers. de sperma c. 3. de sperma mulieris: Castr. conf.
314. uol. & Anch. in c. fraternitatis tuæ de eo, qui cogno-
uit conf. uxo. suæ. Phed. de sen. conf. 290. Bal. in l. fin. C.
de ser. fugi. ubi dicit natum esse quodam mixtum compositum
de forma & materia, & sic semen utriusque concurrere
debet ad generationem prolis. Idem conf. 331. uol. 2. uers.
quod ultimo aperte. Io. Faber inst. de nupt. in rubrica ubi
dicit mulierem debere esse formosam & uenustam, quia
ut plurimum filij matrificant in corpore, & ita Bened. in
c. Raynutius in uers. mortuo. itaque testatore nu. 23. de
testam. Aliqui uero tenent quod semen mulieris cum se-
mine uiri commixtum concurrant ad generationem pro-
lis, secundum opin. medicorum pro ut Fede. de Senis in
conf. 290. uelle. & Abb. in tuæ. de eo qui cogno. confan.
uxo. suæ. & Bal. in l. fin. C. de seruis fugit. nu. 7. Dicit fi-
lium esse quodam mixtum, quia omne compositum par-
ticipat de forma & materia secundum medicos.

REGVLA CLXXXVIII.

- 1 Sententia iudicis lata de nocte non ualet. l. more Ro-
ma. ff. de ferr. nu. 13. & 7. & ibi Ias. & Alex. & Rimin. in l.
non